



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Montææ
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Solertia in tironibus præoccupandis. 46

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

rio in gratiam reductus, con-
quiescit.

*XLVI. Solertia in tironibus
præoccupandis.*

Intelligebat probè, quantum
in omni re momentum ha-
berent initia: quæ vt benè aut
malè posuimus, sic plerumque
cetera sequuntur. Eam obrem
occupare eos adolescētulos cum
primis studebat, qui peregrè ad-
ducti, Seminarium recentes hos-
pites, ingrediebantur; tum præ-
sertim, si suo eos destinari con-
tubernio vidisset. Hos ipse adire
prior & alloqui, his narrare, qua
ceteri lege viuere, quam studen-
di agendique solerent formam
tenere: simul p̄fecti charita-
tem; simul humanitatem præsi-
dum laudare. Quæ eo specta-
bant omnia, vt ne præiudicio

prauo maloque semel imbuti, postmodo semper (quod multis usu venit) omne praefidis Imperium, ceu odiosum suspectumque aspernarentur; animis iuxta atq; auribus ad consilia praclusis. Hos tirones deinde veterano alicui, quem idoneum nosset, commendatos, ad cubiculi praefectum deducebat: à quo libellos pios, cinctusque, & alia hoc genus arma corpori domando, cum videretur, sumerent. Quae Antonij prouidentia, ad multorum magnos constantisque progressus egregie valuit.

XLVII. Sagacitas in veteranis conciliandis.

A Pud veteranos etiam hoc operam dabat, ut quae palam aliquando vniuersis praecipiebantur,

V
bantu
lia, in
tur. I
nibus
bat, c
done
mori
tem p
tum
ne ol
misse
ctuos
preci
uent
ijs ce
bat,
dicar
in fa
Nec
res n
vbi a
risset